



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

CVII. Bischof Heinrich bestätigt einem Altar zu Frankfurt diesem am 12.
März vereignete Zolleinkünfte, am 17. März 1355.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55756)

nostrorum animarum memoriam ad instantem requisitionem et requisitam sepius instantiam et petitionem honeste matrone Margarethe, quondam Ertmari bone memorie et heinrici Tupz filii et margarethe filie eiusdem margarethe predicte in vrankenfurd, fidelium nostrorum dilectorum, dedimus, damus et sollempni donatione libere donamus proprietatem X talenta brandenb. denar. cum pleno Jure, sitam in theoloneo opidi nostri vrankenfurd Lubucensis dyocesis, in festo beate walpurgis virginis singulis annis soluenda altari sancte trinitatis et sacri corporis christi ac mathie apostoli et gloriosi patris pape Gregorii de nouo fundando et locando in loco parrochialis ecclesie beate marie virginis ibidem in vrankenfurd, in quo quondam fidelium nostrorum dilectorum Ertmari et Johannis et Ertmari, margarethe et katherine et dicte matrone margarethe et heinrici tupz filii et margarethe filie vt prefertur, necnon predecessorum et successorum in consanguinitate et affinitate eorundem iunctorum, defunctorum et viuorum haberi debet memoria sempiterna. Renuntiantes insuper, simpliciter libere et liberaliter quoad dictorum X talentorum proprietatem et libertatem omni Juri, Jurisdictioni, dominio, impetitioni, exactioni, seruitio, fructuum commodo et vtilitati, nullo in ipsis X talentis nobis penitus retento, quocumque censetur vocabulo aut nominetur, que et qui nobis, nostris heredibus et successoribus nostris marchionibus brandenburg. in ipsis premissis redditibus hactenus competebant aut competere possent aliquantulum in futurum. Recognoscimus etiam per presentes, quod matrona margaretha et heinricus ipsius filius predicti interym, quod vixerint, et postmodum ipsorum veri heredes legitime ab eis descendentes debent, poterunt, habent et habebunt perpetuis temporibus, quotienscunque oportunum fuerit, ad sepedictum altare personam ydoneam presentare. In cuius etc. Presentibus Lochen, Grifko, petrus et Cöpkinus de bredowe, milites, henflynus de werben, hennyng hake et Jan scopelowe cum ceteris. Datum Spandowe, anno LV^o feria V ante Letare.

Confimilem litteram de verbo ad verbum habent katherina quondam fritzen, bone memorie, et Johannes fritzen filius et elyzabeth, eiusdem katherine filia, in vrankenfurd super X talentis in theloneo ibidem ad altare in honore sancti luce, marci, Erasmi, agathe et angnetis dotandum. Presentibus et datum per omnia vt supra.

Nach dem Copialbuche des Martgrafen Endwig des Römers über die Vogteien Frankfurt, Müncheberg, Fürstenwalde und Beeskow No. 41.

CVII. Bischof Heinrich bestätigt einem Altar zu Frankfurt diesem am 12. März vereignete Zolleinkünfte, am 17. März 1355.

In nomine domini Amen. Nouerint vniuersi presencium noticiam habituri, quod nos henricus, dei gracia Episcopus Lubucensis, Litteras Magnifici principis domini nostri domini Ludowici Romani, Marchionis Brandenburgensis, sanas, integras, non cancellatas neque raras, eius pendenti sigillo sigillatas recepimus in hec verba: In nomine domini Amen. Ne ea, que geruntur in tempore, simul cum tempore elabantur, necesse est ipsa scripturarum memoria autentiarum et fidei proborum virorum testimonio perhennari. Nos igitur Ludowicus Romanus,

dei gracia Marchio Brandenburgensis et Lufacie, Sacri Romani imperii Archicamerarius, Comes palatinus Reni et Bauarie dux, Ad vniuersorum tam presentium quam futurorum noticiam volumus deuenire, Quod ob honorem et Reuerenciam omnipotentis dei, gloriose genitricis sue virginis Marie et omnium Sanctorum, necnon ob iugem et perhennem Magnificorum principum Marchionum Brandenburgensium predecessorum nostrorum clare memorie, nostre, heredum et successorum nostrorum animarum memoriam, ad instantem requisicionem et requisitam sepius instanciam et petitionem honeste matrone katherine quondam Tydekini fritzen bone memorie, et Johannis fritzen filii et Elizabet filie eiusdem katherine predicte in frankenuord fidelium nostrorum dilectorum, dedimus, damus et sollempni donacione libere donamus proprietatem decem talentorum Brandenburgensium denariorum cum pleno iure sitorum in Theolonio opidi nostri frankenuord Lubucensis diocesis in festo beate Walpurgis virginis singulis annis soluendorum altari sanctorum Luce, Marci, Erasmi, Agate et Agnetis de nouo fundando et locando in loco parrochialis ecclesie beate Marie virginis ibidem in Vrankenuord, in quo quondam fidelium nostrorum dilectorum dicte katherine et Johannis filii et Elizabet filie, vt prefertur, necnon predecessorum et successorum in consanguinitate et affinitate eorundem iunctorum defunctorum et viuorum haberi debet memoria sempiterna, Renunciantes insuper simpliciter, libere et liberaliter, quoad dictorum decem talentorum proprietatem et libertatem, omni Juri, iurisdictioni, dominio, Impeticioni, exactioni, seruicio, fructui, comodo et vtilitati, nullo in ipsis decem talentis nobis penitus retento, quocumque censeatur vocabulo aut nominetur, Que et qui nobis, nostris heredibus et successoribus nostris Marchionibus Brandenburgensibus in ipsis premisis redditibus hactenus competebant aut competere possent aliquialiter in futurum. Recognoscimus eciam per presentes, quod matrona katherina et Johannes ipsius filius, interim quod vixerint, et postmodum ipsorum veri heredes et legitime ab eis descendentes debent, poterunt, habent et habebunt perpetuis temporibus, quocienscunque oportunum fuerit, ad sepedictum altare personam ydoneam presentare. In cuius rei euidentiam sigillum nostrum presentibus est appensum, Presentibus strenuis viris fridrico de lochen, laurencio Grifkonis de Griffenberch, Marschalco nostro, Petro et Copkino de Bredow, militibus, Henflino de Werbin, henningo haken et Janone Scaplow, cum ceteris pluribus fidedignis. Datum Spandow, Anno domini Millefimo CCC^o L^o quinto, feria quinta ante dominicam, qua cantatur Letare Jerusalem etc. Nos igitur henricus Episcopus, qui non solum piis operibus assentire, ymmo eciam ex debito pastoralis officii ad bonorum operum exercicium singulos Cristi fideles excitare tenemur et salubribus monitis inuitare, pium affectum predictorum katherine quondam Tydekini fritzen ac Johannis fritzen filii et Elizabet filie efficaciam habere volentes, plenum nostre voluntatis assensum prebentes, dotacionem, constructionem, locacionem ac alia predicta, prout narrata sunt, omnino rata et grata habentes, ea ratificauimus et ratificamus ac confirmamus necnon presentis scripti munimine confirmamus, Dummodo plebano seu Rectori ecclesie Sancte Marie in Vrankenuord supradicte, qui pro tempore fuerit, de prefatorum decem talentorum redditibus vnum talentum annis singulis persoluatur, Seu per constructionem prescripti altaris memorate ecclesie parrochiali aut eius plebano seu Rectori predicto nullum preiudicium seu nocumentum aliquatinus (sic!) generetur. In cuius ratificacionis et confirmacionis euidentiam pleniorum presentes scribi et nostri sigilli appensione fecimus communiri. Actum et datum Vrankenuord, feria tertia post dominicam, qua letare Jerusalem in ecclesia decantatur, Anno domini Millefimo CCC^o L^o quinto.

Nach dem Orig. des Stadtarchives III, 1^a.